

aliis moribus, & vitæ integritate summa claruerunt, aut majorum suorum egregiis meritis illustrati, spem melioris frugis in posterum præbent, quamvis in aliquo fortè fortuna peccaverint, & à recto virtutis, propriivè sanguinis tramite, deviasse comperti sint. Memores doctrinæ Simonidis, apud Stobæum, qui neminem prorsus esse dixit, qui aliquando in aliquid malum, vel crimen non prolatur. Et contra naturam penè esse, ut quis sine peccato aliquo vitam transigat, vel, ut est in Adagio (c), *Sine crimine vivat, aut omnibus horis sapiat.* Prout & nostra etiam Canonica (d) & Civilia (e) jura demonstrant, hic non solum permissentia, verum & suadentia, primis peccatis facilius veniam indulgeri debere, & ex ante actæ vitæ indole, sequentis emendationem conjectari sperarique posse.

20 Qua de re plura, ad nauseam usque Tiraq. (f) congressit. Inter alia exempla, illud Ciceronis (g) adducens, qui se Consulem C. Pisonem defendisse gloriatur, quia Consul fortis, constansque fuerat, & relatis aliis, ob id ipsum quoque absolutis, subjungit: *Semper graves, & sapientes Judices in rebus judicandis, quid utilitas civitatis, quid communis salus, quid Reipublicæ tempora poscerent, cogitaverunt.*

21 Docente enim Quintiliano (h): *Qualecumque crimen donari meritis, donari virtuti potest.* Et inde, ut ipse idem alibi (i) tradit communiter apud Oratores locus ille receptus fuit, quem *Deprecationem* vocant, quo *In Senatu, & apud populum, apud Principem, & ubicunque Juris clementia est, uti solent.* In qua plurimum valent ex ipso, qui reus est, hæc tria in vita præcedente, *si innocens, si bene meritus, si spes in futurum innocenter victuri; & in aliquo usui futuri.*

22 Et ante Quintilianum Tullius (k), sive Cornificius, aut quisquis ille fuit, qui Rhetoricorum ad Herennium libros vulgavit: *Deprecatio est (ait) cum peccasse, & consulto reus fecisse confitetur: & tamen postulat, ut sui miseretur.* Hoc in judicio non potest ferè usu venire, nisi quando pro eo dicimus, *cujus multa recta esse constat.* Et iterum: *Deprecatione (inquit) utemur, cum fatebimur nos peccasse: neque id imprudenter, aut fortuito, aut necessario fecisse dicemus: & tamen ignosci nobis postulamus.* Hic ignoscendi ratio queritur ex his locis. *Si plura, aut majora officia, quam maleficia videbuntur constare: si qua virtus, aut Nobilitas erit, in eo qui supplicavit: si qua spes erit usui futura, si sine supplicio, discesserit: si ille supplex, mansuetus, & misericors in potestatibus ostendatur fuisse.*

23 Harumque rerum omnium ponderationem Persæ, adeo necessariam in Principibus judicant, ut etiam reo non petente, nec deprecante, peculiari lege apud eos caveretur, ut cum quis in judicio argueretur, delictum aliquod perpetrasset, non tamen statim condemnaretur, sed prius ex judicantis officio, inquiretur diligentissimè in omnem illius vitam, inireturque ratio, plura ne turpiter, & flagitiosè, an bene laudabiliterque gessisset. Tum, si vincebat turpium numerus, condemnabatur, sin præponderabantur honestis turpia, absolvebatur. Cogitabant enim non esse, ut paulò ante retulimus, humanarum virium, rectum cursum perpetuò tenere; habendosque pro bonis viris eos, non qui numquam peccarent, sed qui sæpius honestè agerent. Quam legem refert, & eximè laudat M. Antonius Muretus (l), dignissimam censens, ut ab omnibus cognoscatur, & exequatur. Et Petrus Herodius (m), exempla Arbazis erga Blesim, & Darii circa Sandozem, ob hanc computationem, & veluti Lyra nostri Emblematis temperationem, adducens. Ad quam referendum quoque est illud Cassiodori (n), ita sub persona sui Regis Theodorici, reliquos admonentis: *Quapropter casibus asperis, præstandum est sub justitiæ laude moderamen: ut nec vindictam sinamus superare peccata, nec culpam insultare patiamur legibus impunitam.* Et doctrina nostri Salmanticensis Episcopi Valenzuelæ (o), quod penali legi non derogatur, ignoscendo ei, qui multum alias meruisse, & servisse competitur.



EM-

(c) Erasm. in Adag. pag. 263.
 (d) C. unum oratorium, s. nomine, 25. dist. ubi gloss.
 (e) L. Non omnes, in princ. ubi DD. de re milit.
 (f) Tiraq. de pan. temper. caus. 49. § 51.
 (g) Cicer. in orat. pro Flacco.
 (h) Quintil. declam. 310.
 (i) Idem lib. 7. inst. orat. cap. de qualis.
 (k) Tull. 1. Rhetor. ad Heren.
 (l) Muret. lib. 4. var. cap. ult.
 (m) Petr. Herod. lib. 9. ver. jud. tit. 5. cap. 2.
 (n) Cassiod.
 (o) Valenz. cons. 164. num. 62.

ITERATA CULPA, GRAVIUS PUNIENDA.



*Lacerat Apis prædura stimulanis cuspide
 Fucum, qui cellis mella segnis arripit:
 Nec sinit acris geminare culpam, duraque
 Spicula retorquet. Clarus ensis ferrea
 Solicitet arma; iterata telis crimina
 Reges fatigent. Sorde accincta Pietas.*

COMMENTARIUS.

I A sanè est humanæ naturæ conditio, ut quemadmodum in virtutibus nemo repente fit summus, neque ad eas nisi de gradu in gradum, ac veluti per scalas ascenditur, ut Regius admonet Psaltes (a), inquit: *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.* Et Laurent. Justinianus (b), demonstrans, nullum, nisi ex ordinato progressu, ad perfectionem cujuscumque artis attingere valere, necnon & illa Proverbialis (c) sententia, quæ docuit, *Nemo primo quoque die sit doctus*, quam Joannes Girardus hoc disticho expressit:

*An non & vulgò (quod verum est) audio dici,
 Primo quoque die nemo Magister erit?*

2 Ita quoque in vitiis, per eosdem gradus in deteriora prolabimur, neque eò quo coeperunt consistere solent, sed ubi semel aberrare cœpimus, in præceps imus, abysusque abyssum invocat, ut ab eodem etiam Regio Vate (d) docemur, cujus doctrina pariter in Adagium pertransiit, *ut ex Erasmi (e) collectaneis apparet.* Et licet vulgò usurpari soleat, ad denotandum calamitatem, aliam sem-

(a) Psalm. 80. 8.
 (b) Laur. Justin. lib. de obed. cap. 27.
 (c) Erasm. in hoc Adag. pag. 203.
 (d) Psalm. 41. vers. 8.
 (e) Erasm. in hoc Adag. pag. 481.

semper vocare calamitatem. Quod alii *Malorum Hydrum* dixerunt, & cum illo *Æschyli* (f) convenit, *Malorum agmen huc fluminis instar irruit, Damni profundum pelagus non navigabile.*

Adhuc tamen, ut bene *pius & doctus Martinus Delrius* (g) animadvertit, de effrenatis etiam peccatoribus illud usurpare possumus, qui ex uno scelere ruunt in aliud.

3 Et juxta *D. Nazianzenii* (h) scientiam: *Citius quis exigui vitii magnam hauserit copiam, quam paululum immensæ virtutis: siquidem & mellis, vel modicum absinthium suam illiò impertit amaritudinem: mel autem, ne si duplo quidem amplius fuerit, suam absinthio impartitur dulcedinem: & parvus lapillus avulsus, flumen universum declivia in loca traserit: reprimere verò, aut retrahere vix possit, vel firmissima munitio ac moles.* Unde occasionem alii *Adagio* præstant, *Semel malus semper præsumitur malus*, quod, ultra *Erasmm* (i), plurimis juris (k) utriusque locis, & *Auctorum* doctrinis probari, & illustrari potest, latè à *Tiraq.* (l) & aliis congestis. Sed melius, & ad rem nostram aptius ex *Cicerone* in orat. pro *Plubio Sylla*, ubi *Omnibus* (inquit) in rebus *judices*, quæ graviores majoresque sunt, quid quisque voluerit, cogitaverit, admisserit, non ex crimine, sed ex moribus ejus qui arguitur, est ponderandum: neque enim potest quis nostrum subito fingi: nec cuiusque repente vita mutari, aut natura convertit. *Nemo repente fit summus, nemo repente turpissimus.* Quæ ultima verba à *Cicerone* mutuatus videtur *Juvenalis* (m), dum similiter dixit:

Nemo repente fit turpissimus: accipiente

Paulatim, qui longa domi redimicula linunt.

Eisque concinnens *Quintilianus* (n), quemdam *parricidii* impetum, vel ex sola hac consideratione liberandum intendit; quod non potuerit ad tam immane facinus pervenire, qui nunquam in aliis, etiam minoribus, deliquisse compertus fuit, ejus verba sic habent: *Quid enim perditè, quid flagitiosè, quid impiè fecerit, per quæ se parricidam scelera promiserit: Innocentia per gradus certos ab homine discedit, & ne in maximis trepidet audacia, diu in minoribus colligit. Nemo inde cæpit, quò incredibile est pervenisse.*

6 Quo fit, ut licet in præcedenti *Emblemate* justè dicere potuerimus, primis aliquando sceleribus veniam concedi posse, ubi tamen, quæ fuerant vitia, mores sunt, & ex delinquentis natura, aut conditione colligitur, ex aliis in alia prorumpere solitum, tunc veniæ locus esse non debeat, neque expectari, ut in profundum malorum deducatur, ut alias quædam *Decretalis* (o) scripsit: *Quando* (ut bene inquit *Cassiodorus* (p)) *genus pietatis est in illos dstringere, qui contra naturæ legumvè ordinem, sceleratis se docentur actionibus miscuisse; nec venia debeat habere locum, qui delinquit admonitus.*

7 Sordet enim accincta *Pietas*, quæ enormibus, vel iteratis sceleribus parcat, & qui in primis ignoscendis, laudem mereri potuit, si reperitis conniveat, ignoscendo malis, bonos perditum ibit, & seipsum, totamque *Rempublicam*, sub hac impunitate in discrimen deducit. Monente quippe, ultra plures alios, *Arnulpho* (q) *Episcopo Lexoviensi*: *Sicut disciplina cautelam, sic insolentem prior indulgentia creat audaciam; & in augmenta facinorum prosilitur, quoties secuta impunitate peccatur.* Metus enim supplicii, scelerosos in officio continet: quo amoto, aut negligentius obito, increscit ferocia, & sceleratè agendi libido. Verissimèque *Cicero* (r) dixit, *Maximam esse illecebram peccandi impunitatis spem.*

8 Unde, qui talis esse compertus fuerit, ut præclare *Synesius* (s) *Cyrenensis* *Episcopus* tradidit: *Tamquam membrum incurabile recidendum à nobis: ut ne societate etiam quod sanum est, corrumpatur; nam labes propagatur & serpit, & qui tangit sceleratum, etiam contagionem sentit.* Et eandem ob rem, non absque ratione, ut *Plutarchus* (t) memorat, *Lacedæmonii* cujusdam *Apophthegma* laudatur, apud quem cum *Charillus* Rex summis laudibus efferretur: *Quomodo* (inquit) *bonus est, qui ne in malos quidem acerbus sit?*

9 Quam disciplinam *Hadrianus Junius* (u), post *Suidam*, egregio *Emblemate* insinuavit, geminas *muscipulas* pingens, quibus inclusæ sint feles; *Murium* idè agmine liberè choreas coram ipsis circumquaque ducente, sub lemmate, *Impunitas ferociæ parens; & his quæ sequuntur carminibus:*

Insultant pavida hinc natio musculi,

Clavis muscipulæ carcere felicibus.

Sublatoque metu fortè periculi

Crescit tunc animus degeneri insolens.

Ego

(f) *Æschil. in supplic.*

(g) *Delr. in Adag. sacr. 2. tom. pag. 46.*

(h) *D. Nazianz. in laud. vita solit.*

(i) *Erasm. in Adag. pag. 295.*

(k) *Cap. semel, de regul. jur. in 6.*

(l) *Tiraq. de pan. temp. caus. 51. ex n. 156. & plures*

alii apud Alvar. Velasc. in axiom. jur. lit. M. n. 29.

(m) *Juven. satyr. 2.*

(n) *Quint. si is est, in declam. cui tit. Paries palmatus.*

(o) *Cap. eum non ab homine, de judic.*

(p) *Cassiod. lib. 2. epist. 14. & lib. 4. epist. 29.*

(q) *Arnulf. in epist. ad Alex. Pap. fol. 47.*

(r) *Cicer. in orat. pro Milone.*

(s) *Synes. epist. 58.*

(t) *Plutarch. in Apoph. Lacon.*

(u) *Jun. emblem. 4.*

10 Ego verò idem intentum premens, & quàm sit justum, & conveniens repetitis peccatis non connivere, Regibus, ac ceteris, qui *Reipublicæ* clavum tenent, insinuare desiderans, præsentem hoc, quod vides, *Emblemate*, *Apes* aculeatas propono, fucos acriter à suis arcentes præsepibus, ut *Magnus* inquit *Poeta* (x). *Quarum* talis esse fertur natura, ut ignavum hoc pecus, quod suis operosis mallificiis plurimum nocet, pro primo furto mellis, leniter expellere contenta sint, mox autem cum clementia non succedit, ad ipsum sine alia venia interficiendum, procedant. *Quod Plin.* (y) satis ostendit, dum inquit: *Certum esse tardantes fucos ab apibus sine clementia puniri, & interfici.*

11 Sed apertius *Ælianus* (z), cujus integrum caput de hac re agens, quoniam valdè ad nostram conducit, transcribere libet, & sic habet: *Fucus, qui inter apes nascitur, de die inter mellarias cellas abditus manet, nocte verò, cum apes dormire observaverit, eorum opera invadit, vastatque alveos. Hoc ille cum intellexerit, plurime enim apium dormiunt, nempe defessa, paucæ verò excubant. Cum viderint furem, verberant eum modicè & leniter, expellantque alis, & in exilium projiciunt. Iste verò non ob id corrigitur, sua natura piger, & vorax est, duobus malis præditus intra favos se abscondit. Ut verò ad pastionem apes profectæ sunt, ille rursus opus invadens, quod suum est facit, confersit se melle, & depopulatur thesauros dulcis apum. Ee ex pastione redeunt, cum ei occurrerint, non amplius leniter eum verberant, neque tanquam essent eum in exilium ejectione, sed asperè aculeis invadentes, percipiunt latronem: nec amplius multatur increpationibus, sed voracitatis, & gula nimia panas vita persolvit. *Apiarii hæc dicunt, & mihi persuadent.**

12 Hæc cum *Apes* faciant, hæc cum *Fuci* patiantur, satis mihi expressisse videor, quid prudentes Reges facere, quidvè iteratò peccantes perperi debeant, quibus præcedens venia, sive abolitio, non denuò peccandi incentivum, sed cautius sanctiusque vivendi monumentum præstare debuit. Nam secundum *Demosthenem* (a): *Non utique quia sæpè peccatum est, propterea vetera peccata novis nunc cumulantur sunt.* Quem locum *Petrus Matthæus* (b) adducit, referens exemplum *Ducis* de *Biron* sub *Henrico IV.* *Galliarum* Rege proditoris convicti, & damnati, & sic, secundum traditionem *Italicam*, inquit: *Doveva il perdono con darlo al pentimento, è non havera à precipitarsi à nuove infedeltà, che non potrebono, ne remittersi, ne perdonarsi, per haver multo fallatosenza pena. Non si de vono continuare i mancamenti, l'ultimo paga tutti precedenti.*

13 Quod juvat id, quod in simili de quolibet peccatore in peccata jam antea confessa, & per absolutionem remissa, recidivante, piè & signanter *D. Gregorius* (c) admonuit, sic inquit: *Illorum sacrificium Deus non accipit, qui lachrymis quidem se compunctionis abluunt, sed iisdem, à quibus ante mundati videntur, peccatorum maculis, in id ipsum revertentes, sordescunt. De talibus enim scriptum est, qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, qui per penitentiam mandatur à peccato: quem si contigerit, eadem quæ pomierat iterando peccata committere, nihil contulisse videtur adhibita satisfactionis lavatio, quem macularit inonestius iterata facinoris turpitudine, &c.* Quibus addo, talia interdum delicta contingere posse, ut nulla, quantumvis generali abolitione, comprehendere debeant, & pro primo quoque facto asperum & abscissum Principis cujuslibet, etiam valdè pii judicii, & supplicium expostulent, ut *Nicomachus* apud *Curtium* (d) de *Philotæ* in *Alexandro* conjuratione agens, eidem *Alexandro* his verbis suasit: *Ille enim semper insidiari tibi poterit. Tu non semper Philotæ poteris ignoscere. Neque est quod existimes eum, qui tantum facinus ausus est, venia posse mutari. Scit eos qui misericordiam consumperunt, amplius sperare non posse. Quædam beneficia odimus. Meruisse mortem confiteri pudet, superest ut malit videri injuriam accepisse, quàm vitam.*

15 Et in hoc tendens *Plutarchus* (e), in primis, vel parvis delictis, sive querelis, Reges & Magistratus digladiantium in palestris more, manus fasciis devinctas habere desiderat, quo non evadat in gravius malum certamen, sed plagam infligat mollem & lenem; in iteratis, vel atrocioribus, atrocem quoque percussionem suadet. Prout & *Cassiodorus*, qui comitem *Provinciæ* instruens, qualiter concessa sibi gladii potestate uti debeat, sic elegantissimè, & ad id, de quo agimus aptissimè, loquitur: *Scito puniendi remedium datum tibi pro salute civitatum. Arma ista juris sunt non furoris. Hæc ostentatio nimium est contra noxios instituta, ut plus terror corrigit, quàm pœna consumat. Claudantur nexibus catenarum, quos levium criminum pulsat invidia. Signa tua Adactores sineant, fures pavescant, latrones perborreant. Innocentia tantum læta respiciat, dum sibi auxilia venisse credit, quæ legum disciplina transmissit, &c.*

Iii

EM-

(x) *Virgil. 4. Georg.*

(y) *Plin. lib. 11. cap. 11. & 17.*

(z) *Ælian. lib. hist. anim. mibi 16. cap. 32. pag. 520.*

(a) *Demosth. adv. Androtion.*

(b) *Petr. Matth. hist. Franc. lib. 6. narrat. 4. pag. mibi 2. part. 156.*

(c) *D. Gregor. in explan. 4. Psalm. penit.*

(d) *Curt. lib. 6. cap. 15.*

(e) *Plutarch. in præcept. polit. pag. mibi 139.*

EMBLEMA LXXII
NOXÆ SIT ÆQUA PUNITIO.



Et ne ob vas fractum servum demergis in undas
Pollion? O dignè Cæsaris ira flagrat.
Sit servus quamvis, hominem tamen esse memento,
Et culpis pœnas esse decere pares.

COMMENTARIUS.

Tsi pœnas à sontibus exigi tot rationes, exempla, ac testimonia (a) suadeant, quot in superioribus vidimus, eadem tamen simul exposcent, ut delictis commensurentur, & illicitè facta competenti, non super excedente vindicta, puniantur, nec ulterius progrediatur supplicium, quàm reperiatur commissum (b). Unde & Moyses inter alias Deuteronomii (c) leges, illam reliquit: Pro mensura delicti erit plagarum modus. Eandemque in justo Dei iudicio observare D. Joan. ostendit, in sua Apocalypsi (d), sic inquit: Quantum glorificavit se, & in deliciis suis, tantum date illi tormentum, & luctum.

Et Horatius (e), Stoicorum delirium reprehendens, qui omnia peccata æqualia esse contendebant, postquam hoc multis rationibus impugnavit, inde deducit, eorum etiam supplicia inæqualia esse debere, ajens:

Regula peccatis, que pœnas irroget æquas,
Nec sæutica dignum, horribili sedere flagello.

Ovidius (f) quoque, & si se deliquisse non inficiaretur, excessum tamen punitionis ex eadem hac ratione deprecabatur, dum in Tristibus inquit:

Tutius exilium, pauldque quietius oro,
Ut par delicto sit mea pœna suo.

(a) L. licitatio, s. quod illicitè, D. de publ. l. sancimus, C. de pœn. cum multis aliis apud Velasc. in axiom. lib. P.
(b) L. respiciendum 11. D. de pœn.
(c) Deuter. 25.
(d) Apocal. 18.
(e) Horat. lib. 1. satyr. 3. & de hoc paradox. vide Cicer. parad. 4. & Berneg. ad Tacit. q. 61.
(f) Ovid. in Trist.

Et

Et Seneca (g), hoc aded certum esse inquit: Ut propè sit, quod iniquè puniat, qui nimis. Quod perinde est, ac si diceret, videri injustè, & sine causa punire, qui modum excedit, potest enim æquitas esse in causa; iniquitas in modo, atque excessu. Unde & in Tragœdiis (h) sic habet:

Judex futurus, sanguine humano abstine:
Quicumque regnas, scelera taxantur modo
Majore nostra.

3 Extantque in ejusdem moniti comprobationem innumera alia Juris-Consultorum, & bonorum Auctorum testimonia, quæ nunc missa facimus, cum apud Menchacam (i), Menochium (k), Farinacium (l), & alios videri possint, M. Tullium (m) pro multis adduxisse contenti, qui non solum noxiæ parem esse pœnam oportere, nos docuit, verùm & illud etiam curandum: Ut in suis vitio plectatur, & vis capite, avaritia multata, honoris cupiditas ignominia, & parentum, id est, naturæ violatio, naturalium omnium bonorum privatione sanciantur. Cujus loci Ego (n) de Parricidiis loquens, mentionem feci, & simul alterius Philonis (o) ludæi, qui sic habet: Inepti sunt Nomothetæ, qui non æquas pro dignitate cujusque flagitii animadversiones statuunt, qui vi pecuniam, vulnere infamiam, cedi exilium, furto vincula munitantur.

4 Quasi disparia illa, dissimilaneaque suppliciorum genera, bene morata, atque instituta civitati parum convenient, ut doctè Guillelmus Fornerius (p) animadvertit, & Nostri passim Juris-Consulti (q), quibus nullum frequentius esse solet proloquium, quàm In eo quem puniri debere, in quo deliquit. Sumptum, ut apparet, ex illo Rhamantis iudicio, quod post Aristotelem (r) valdè laudat, & ornat Janus Langlaeus (s), qui Tallionis legem induxit, censens nimirum, quod Si quod quisque fecit, idem patiatur & ipse, Id justum fiet denique iudicium.

5 Cujus in Perillo, & aliis exempla, Profana nos passim literæ (t) docent, & Sacra (u) in Adonibezecho, & Amano. Et eorumdem justitiam extollens Seneca (x), sic ait: Sunt Dii immortales leni quidem, sed certi vindices generis humani, & magna exempla in caput inventientium regerunt: ut justissima patiendi vice, quod quisque alieno excogitavit supplicio, sæpè excipiat suo. Et adhuc magis ad rem, quam intendimus, Quintilianus (y), his verbis: Quid æquius excogitari quid justius potest? Grassatus aliquis est ferro, præbeat ipse cervicem. Miscuit noxium virus: refundatur in suum factum auctorem. Oculos rapuit, effodit, reddat de sua cæcitate solatium. Cassiodorus (z): Pœna ista peccati est, ut unusquisque in se recipere possit, quod in alios protervus exercuit. Quibus & alia adrident, quæ supra (a) aliud agentes commenti sumus.

6 Et in utramque proportionem, seu commiserationem respiciens Natalis Comes (b), sic prudentissimè ex Medicorum imitatione, & cum omnium Politicorum Schola concludens: Nam profecto gravibus erroribus gravia supplicia conveniunt, levibus levia. Nam sicut gravissimis molestissimisque morbis, levissima pharmaca non conveniunt, quod ea magis irritent, quàm mitigent vim morbi; sic levia supplicia, si gravissimis sceleribus injungantur, fit impunitas quædam, & quasi licentia ad eadem flagitia, cum scelestos faciant cautiore, & non timidiore. Sin gravia pharmaca levissimis morbis adhibeantur, universi corporis salus in magnum discrimen, ac periculum injicitur. Quod ipsum fit in civitatum agritudinibus, & in omni Republica. Impunitas enim fit licentia scelerum: crudelitas impellit cives ad res novas, & defectionem.

7 Natali consonas Guiciardinus (c), per quam perniciosum esse inquit: Fortiorem medicinam adhibere, quàm aut morbi natura, aut ægrati vires ferre possint. Et Petrus Andreas Canonherius, (d) Aphorismo Hippocratis hærens, similiter docet. Quod quemadmodum dicitur, victus tenuis, & exquisitus, morbis, ubi non conveniunt, sunt periculosa, & molesta: sic pœna quæ delictis non conformatur, & quibus non conveniunt infliguntur, sunt civibus perniciose.

8 Quam doctrinam, ut nostris Nos Regibus insinuemus, aptè, ut arbitror, præsentis Emblematis Iconem eisdem conspiciendam proponimus, quæ historiam Vedii Pollionis à Dione (e), Plinio (f), & aliis (g), literis traditam repræsentat, apud quem cum Augustus Cæsar cœnaret, & servus fortè crystallinum vas confregisset, sævientis Vedii jussu, murænarum pabulo damnatus, in

lii 2

(g) Senec. lib. 1. de clem. cap. 14. in fin.
(h) Idem in Hercul. Furens.
(i) Menchac. quest. 11. cap. 8. n. 51. & cap. 24. n. 17.
(k) Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. n. 38.
(l) Farin. in praxi, q. 4. n. 10. & q. 17. num. 9. & alii plures ap. Velasc. ubi supr.
(m) Tull. lib. 3. de legib.
(n) Ego de Parric. lib. 1. cap. 20. pag. 87.
(o) Phil. Jud. in lib. de proam. & pan.
(p) Guill. Forn. 1. sel. cap. 15.
(q) Tot. tit. quod quisque jur. l. qui crimen, C. qui accus. post. cum aliis apud Velasc. d. lit. P. num. 241.
(r) Aristot. 5. Ethic.
(s) Langl. 7. semest. 15.
(t) Ovid. lib. 1. de art. amand. Elian. de var. hist. lib. 13. cap. 24. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 6.
(u) Jud. 1. Esther 7.
(x) Senec. in proam. lib. 10. contr.
(y) Quintil. declam. 9.
(z) Cassiod. lib. 9. epist. 9.
(a) Sup. Embl. 70.
(b) Nat. Com. lib. 14. hist.
(c) Guiciard. lib. 1. hist.
(d) Canonh. 1. tom. Apborism. pag. 582.
(e) Dio in Aug.
(f) Plin. lib. 9. cap. 23.
(g) Zonar. 2. tom. Annal. fol. 68. plenius ceteris Crin. de hon. discip. lib. 6. cap. 10. pag. mibi 215.

in Vivarium earum perferbatur. Is, cum ducentium manus effugisset, se ad Augusti pedes provolvit, id unum petens, ut alio mortis genere periret; hoc enim tam durissimum, tum eo tempore usitatissimum erat, cum in more esset, esum, ac piscinas murenarum delictis habere, ipsasque, ut pinguiores, ac suaviores essent, humana carne, dominis spectantibus, pascere, ut latius Horatii, & Juvenalis Expositores, & alii Auctores (h) enarrant. Augustus autem, ut mortis causam, genusque intellexit, & pro tam exiguo delicto, tam gravem pœnam indici. Solvi servum jussit, virgulaque omnia Pollionis Chrystallina perfregit, vivariaque everti mandavit, sic indicans, illam Pollionis sævitiam sibi admodum displicuisse.

9 Quam damnati conditio non excusabat: nam etsi servos mortuis, & pecudibus, aliisque rebus, quas in mancipio, ac libero uso nostro habemus, aliquando Aristoteles (i), & Juris-Consulti (k) connumerent, homines tamen esse, meminisse debemus, ut in nostro carmine dicimus, illud Catonis (l) sequuti,

Cum fueris servos proprios mercatus in usus,
Et fanulos dicas, homines tamen esse memento.

Atque aded major dominorum in eos asperitas D. Imper. Antonini Constitutione (m) graviter coëreatur, illa ratione addita, quod expedit Reipub. ne re sua quis malè utatur, quam latè Corrasius (n), & Balduinus (o) illustrent, & melius omnibus Seneca (p), qui ad hanc naturæ inter servos, & dominos paritatem respiciens, & inde Pollionis, de quo loquimur crudelitatem valdè succensens, sic elegantissimè inquit: *Servis ad statum licet confugere, cum in servum omnia liceant, est aliquid quod in hominem licere, commune jus animantium vetet: quia ejusdem nature est, cujus tu. Quis non Vedium Pollionem pejus oderat, quam servos sui, quod murenas sanguine humano saginabat, & eos, qui se aliquid offenderant, in vivarium, (quid aliud quam serpentibus) objici jubebat? O hominem mille mortibus dignum, sive decorandos servos objiciebat murenis, quas esurus erat, sive in hoc tantum illas alebat, ut sic aleret, &c.* Et poteris etiam Platonem (q) adire, qui multò etiam minùs quàm æqualibus, injurias servis inferre permittit. Macrobius (r) qui eos æstimandos tradit, & sub peculiari Dei tutela constitutos esse, inquit, & novissimum Bernegerum (s) alia tradentem, dum illam quæstionem examinat, *An impudè servos occidi possit?*

10 Ex quibus apparet, quòd cum etiam erga servum pretio paratum, deformem hanc maleficii, & supplicii conditionem, clementissimus Augustus, & cordatissimus Philosophus exhorruerint, multò justius in plectendis liberis, & ingenuis hominibus, eandem inæqualitatem, & crudelitatem in Principibus, & ceteris, qui juri dicundo præsumunt, notare, & execrari debemus: *Quorum* (ut idem Seneca (t) inquit) *non tradita ipsis servitus sit, sed tutela.*

11 Maximè cum eisdem seriò jura, & omnes qui rectè sentiant Auctores, non solum permittant, verùm & suadeant, vel potius jubeant, ut etiam à pœnis per leges ipsas delictis impositis, semper ac fieri possit, aliquid detrahant, nedum ut acriùs, & severiùs, quam ipsæ, aut criminis qualitas exposcit, statuunt. Quam in rem, ultrà plura alia, quæ suprà (u) de justitia ex æquitate, ac benignitate temperanda à Principibus dixi, signanter, cum omnibus judicibus loquens, ita Martianus Juris-Consultus (x) scribit: *Respicendum est judicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituat, quam causa deposcit: nec enim aut severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout queque res expostulat, statuendum. Planè in levioribus causis prioriores ad lenitatem judices esse debent, in gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.* Cui conformis Hermogenianus (y): *Interpretatione* (inquit) *legum pœne molliendæ sunt, potius, quam exasperandæ; & Summus Pontifex (z): In pœnis benignior est semper interpretatio faciendæ.*

12 Quibus juribus copiosè, more suo, plura alia Tiraquellus (a) adjecit, & aded in hanc partem Altiatus (b), & alii Juris Scriptores (c) inclinant, ut hac de causa omnes pœnas hodie arbitrias esse contendant, & inde Imperium, quod in illis irrogandis Judices exercent *Merum* fuisse appellatum, quasi ex hac temperatione, quæ illis ex benignitate permittitur, scripturarum legum rigore, ac tenore solvantur. Quod licet difficultate non vacet, & certum sit (ut Cassiodori (d) verbis utar): *Impunitandam esse ultionem quæ de legibus venit, quando crudele nihil efficit, qui sequitur leges; ubi*

(h) Cabot Lamb. & alii in Horat. lib. 2. satyr. 8. & in Juven. satyr. 5. Salm. ad Pancr. 1. som. pag. 262.

(i) Aristot. 1. pol.

(k) 2. §. 1. ad leg. Aquil. leg. quod attinet, de reg. jur. cum aliis, apud Mager. de advocat. arm. cap. 11. num. 57. & Anton. Fab. in Jurisprud. pag. 85.

(l) Cato in Distic. lib. 3.

(m) §. Sed & major, Instit. de iis qui sunt sui.

(n) Corras. 1. misc. cap. 20.

(o) Balduin. in leg. 12. tab.

(p) Senec. lib. 1. de clement. cap. 18.

(q) Plato in dialog. 6. de legib.

(r) Macrobi. 1. Satyr. cap. 11.

(s) Berneg. in quest. 135. ad Tacit.

(t) Idem ibidem.

(u) Supr. Embl. 63.

(x) Martial. Juris Consult. in leg. respiciendum 11. D. de pan.

(y) Herm. in leg. pen. D. de pan.

(z) Cap. in panis 49. de reg. jur. in 6.

(a) Tiraq. in leg. si unquam, verb. Revertatur, n. 246.

(b) Alciat. in leg. potestatis, verb. de verbor. signif.

(c) Cabot 2. disp. cap. 6. Caldera lib. 3. var. cap. 4.

(d) Cassiod. lib. 1. epist. 30. & lib. 7. epist. 8. in fin.

vide Talden in addition. ad prax. crim. Damhoud. cap.

11. pag. 19.

tamen causæ aliqua delictum circumstant, quæ benignitatem suadeant, durè faciet quilibet, qui ad eam animi sui motum non inclinaverit, cum eodem ipso Cassiodoro (e) docente: *Proclivior ad misericordiam via bonis semper mentibus pateat.* Et Isocrates (f) Nicoclem monuerit: *Ut mitis esset, pœnasque irrogaret, commissis minores.*

13 Sin autem non solum benigniorem, quam sequi potuit, legis temperationem, vel interpretationem non amplectatur, sed ipsa lege ferocior, & amarior, ipsius pœnas, & condignam delicto animadversionem absque ulla justa causa extendere velit, & Pollionem nostri Emblematis imitari, tunc non solum durum, verùm & iniquum, & crudelem appellare poterimus. Nam cum secundum Senecæ (g) finitiones, *Clementia sit temperantia animi in potestate ulciscendi, vel lenitas, seu inclinatio animi superioris ad lenitatem, adversus inferiorem, in constituendis pœnis.* Qui hac virtute relicta, eadem pœnas, quas lenire potuit, & debuit, exasperat, in contrarium vitium crudelitatis prolabitur, quæ secundum eundem, *Nihil aliud est, quam atrocitas animi in exigendis pœnis.* Unde statim benè, & valdè ad rem nostram faciens, concludit: *Illos ergo crudeles vocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent. Sicut in Phalari, quem ajunt, non quidem in homines innocentes, sed super humanum, ac probabilem modum severisse.*

14 Quod & ipsum egregiè quoque insinuavit Aristoteles (h), periculosiorem, & peccabiliorem esse ostendens accessionem animi ad crudelitatem, quam ad clementiam, seu lenitatem, & æquè prudenter Plutarchus (i), inquit, *severos nimis, asperos, atque inexorabiles, & crudeles in exigendis à sordibus pœnis Principes, aut Gubernatores, nemini unquam cedentes, nihil ulli condonantes, morosum, ac difficilem populum efficere solere.* Assuefaciant quippe illum, & inducunt, ut pertinaciter, ac contumeliosè renitatur, atque repugnet; ideòque melius esse, ut in leniorem partem, vel si fieri potest, in liberationem inclinet.

15 Quod, exemplo, & dicto suo, Pittacus ille Mytilenæus, qui inter septem Græciæ Sapientes numerari promeruit, satis manifestavit. Nam ut Laërtius (k) narrat, cum Tyrrenium ejus filium Cumis in tontrina sedentem, faber quidam ærarius impacta securi occidisset, & Cumani ei hominem vincum pro suo arbitrio puniendum, misissent. Ille, cognita causa, hominem dimisit, dicens: *Ignoscentiam potiorem esse penitentia, sive ut alii tradunt, Melius esse ignoscere, quam punire.*

16 De Claudio quoque Imperatore refert Suetonius (l), non semper præscripta legum sequutum, duritiem lenitatemque multarum ex bono & æquo moderatum esse, & testante Capitolino (m), is Antonino Imperatori mos erat, ut omnia crimina minori supplicio, quam legibus plecti solent, puniret. Quod quia secus fecit Tiberius, & in plures Senatores, & Romanos cives, fontes, & insontes sæpè, suprà culpam, & modum excanduit; Suetonio (n) tradente, *Lutum sanguine maceratum, appellatus fuit.* Ut & Sylla, ob similes crudelitates (o), *Morus farina variegatus.* Et Caligula (p): *Humani generis monstrum, quod sæpè detestandam illam vocem repetere solebat, Olerint, dum metuunt: & optare etiam, Populum Romanum unam habere tantum cervicem, ut uno ictu omnes interficere simul posset.*

17 Ut interim omitam, alia hodie quoque ignominiosa, aliorum nomina, quorum à Valerio Maximo (q), & aliis (r) multimodis est celebrata, & execrata feritas, & crudelitas, monstra monstrissima, luctus, pestes, totarum gentium vastitates. Qui tandem, & miserrimè vixerunt, & miserimè mortui sunt, & dum aliorum sanguine se explorare non potuerunt, suo satiati sunt, & cum illis execrationibus, ut plurimum, unco tracti, quas ex Romanorum vocibus Brissonius (s), & novissimus Zuërius Boxhornius (t) recensent: *Parricida cadaver unco trabatur, qui omnes occidit; unco trabatur, qui omnem ætatem occidit; unco trabatur, qui utrumque sexum occidit; unco trabatur, &c.*

18 In quorum numerum merito Seneca (u) Gn. Pisonem refert, qui ira percitus, sub prætextu militaris disciplinæ, ut infra latius exponam, tres milites crudeliter occidi jussit, quibus justè parcere debuerat, excogitavitque quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum invenerat. Cui & addi potest crudelis ille Quæstor Vitellii, vel Domitiani, qui his, quos secum ducebat carnificibus, signum dederat, ut quoties nasum enungeret, hominem aliquem interficerent. De quo lepidè sic Martialis (x) scribit, ostendens hoc signum, in locum antiqui Theta subrogatum videri, quo veteres in reorum ad mortem condemnatione uti solebant, ut Alexander (y), Brissonius (z), & alii (a) latius demonstrant. *Nosti mortiferum Quæstoris, Castrice, signum? Est operæ pretium discedere Theta novum.*

(e) Idem Cassiod. lib. 1. epist. 37.

(f) Isocrat. in Parenas. ad Nicocl.

(g) Senec. de Clement. lib. 2. cap. 3.

(h) Aristot. 2. Ethic.

(i) Plut. in Politic.

(k) Laert. lib. 1.

(l) Sueton. in Claud. cap. 14.

(m) Capitol. in Anton.

(n) Sueton. in Tib. cap.

(o) Erasmi. in hoc Adig. pag. 153.

(p) Sueton. in Calig. Fulgor. lib. 3. cap. 1.

(q) Valer. Maxim. lib. cap. 2.

(r) Camerac. 1. sub. cap. 75. & 3. cap. 22. Beyerling.

in Theat. verb. Crudelitas, & verb. Immanitas.

(s) Brisson. de form. pag. 822.

(t) Boxhor. Embl. 18. pag. 114.

(u) Senec. de ira, lib. 1. cap. 9. & 10.

(x) Martial. lib. 7. epigram. 36.

(y) Alex. 3. Gen. cap. 5. ubi Tiraq.

(z) Brisson. lib. 5. de formul.

(a) Rader. ad Mart. in hoc epigram.

Ex-

Exprimeret quoties vorantem frigore nasum,
Lethalem juguli jusserat esse notam
Turpis ab invito pendebat stivra naso,
Con fletet malida fauce December atrox.
Collegere temere manus: quid plura requiris?
Emungi misero; Castrice, non licuit.

19 Quod ad erudiendos, lenioresque reddendos, novos quosdam, & valde rigidos criminum Quæstores proficiet, qui non aliter commissum sibi munus bene exequi putant, neque ad majores Magistratus viam sternere posse, quam si justè, vel injustè reorum sanguine cruententur, & apud Superiores severitatis famam, & nomen adipiscantur. Immemores doctrinæ Philippi Decii (b), qui prudētissimè ait, apud supremas Curias majorem honorem ex absolutione, si id causæ merita tolerint, quàm ex dura & iniqua condemnatione consequuturos. Et alterius sententiæ Cæsaris Dictatoris (c), qui *Miserum esse instrumentum senectutis dicebat, recordationem crudelitatis.*

20 Sed quoniam apud nullum Auctorem hanc istorum Quæstorum communem vecordiam melius expressam legisse memini, quàm apud eloquentem illum suæ tempestatis Mondogniensem Episcopum DFr. Antonium à Guevara (d), placet ejus verba nostris hisce commentariis inserere, maximè cum à Nostro Politio Bobadilla (e) ommissa fuerint, licèt alia in eamdem rem satis aptè congesserit. Ille igitur, Magnatem quemdam instruens, qualiter se in Regimine sui status habere deberet, post alia sic hbet: *Guardaos de Jueces mancebos, locos, osados, temerarios, i sanguinolentos: los quales á fin que suenen la Corte su fama, i les den alli una vara, hacen mil crueldades en vuestra tierra, i daran mil enojos á vuestra persona, por manera, que á las veces ai mas que remediar en los desatinos que ellos hacen, que nen los excesos que los vasallos cometen. Miento si no me aconteció en Arevalo, siendo yo Guardian, con un Juez nuevo, é inexperto, al qual como yo riñese, porque era tan furioso, i cruel, él me respondió estas palabras: Andad, Cuerpo de Dios, Padre Guardian, que nunca da el Rei vara de justicia, sino al que de coezas, i pies, i manos hace pepitoria. I dixo mas: Vos, Padre Guardian, ganais de comer á predicar, i lo tengo de ganar á borcar; i por Nuestra Señora de Guadalupe, precio mas poner un pie, ó una mano en la picota, que ser señor de Ventosilla. Como yo oi nombrar á Ventosilla, repliqué esta palabra: A la mi ridad, señor Alcalde, justamente os pertenece el señorío de la Ventosa, porque vos no cabriades en Ventosilla, &c.*

21 Ceterum, ut ulterius pergamus, ille quoque Princeps, Gubernator, vel Magistratus, excessus, & crudelitatis nota in puniendis criminibus non vacabit, qui novas, & insolitas exacerbatorum suppliciorum formas, nisi in raris, & gravissimis sceleribus, adhibuerit; cum pœna laquei, pro plebeis, & gladii ac capitis, pro nobilibus, contenti esse debeant. Quam ultimam, semper decentissimum mortigenus habitum fuisse, ultra plures (f) alios, benè Coelius Rhodiginus (g) animadvertit. Et prior, apud Christianos, in locum Crucis, propter ejus venerationem successit, ut plenius apud Cobarrubim (h), Cujacium (i), Lipsium (k), Ravardum, & alios videre licebit, qui inde Tribonianum in quodam Callistrati responso, loco Crucis, furca fingendos latrones reposuit.

22 Nam licèt non ignorem cognitum quoque fuisse Romanis (l), & aliquando etiam Hispanis netris legibus, & historiis, culleum, vivi comburium, rotas, quadrigas, scaphas, sagittas, lapidationes, dejectiones è saxo, ad bestias damnationem, crates, aeneos tauros, molestas tunicas, vivorum amortuos alligationem, & sexcenta alia suppliciorum genera, quæ vel dictu horrorem incutiunt, quæ sijnllatim Alexander ab Alexandro (m), doctissimus Petrus Faber (n), & alii (o) rēcensent, & prosequuntur, ab Aulis tamen & Auribus Christianis eorum usus abesse debet, & jam exulasse comperitur, cum vel in parricidis, obduratis hæreticis, & publicis viarum dirrubatoribus, etsi culleus, ignis, & sagittæ pro forma adhiberi soleant, prius tamen fontes laqueo strangulari videamus, ut alibi latius aendi, & propter desperationis periculum, reliquis supplicis rarè, nisi jam mortui, subdantur, quæ legis cruciatibus, & morosis doloribus vitam adimunt.

23 Nam ut ait Valer. Max. (p) etiam in delictis militaribus loquens, *Non excarnificari milites, sed castigari, vel puniri oportet.* Et ut piè Seneca (q) inquit: *Acerbissima crudelitas est, que trahit pœnam: & misericordiæ genus est cito occidere, quia tormentum, ultimum finem sui secum affert, quod antecedit tempus, maxima venturi supplicii pars est.* Quod intelligens Tiberius, ut Suetonius (r) tradit: *tori volentibus, vim adhibebat vincendi: nam mortem leve supplicium putabat, & precanti cuidam pœna*

(b) Decius cons. 175.
(c) Cæsar. & alii apud Me, 2. tom. lib. 4. cap. 5. n. fin.
(d) Ant. à Guevar. in epist. 1. part. pag. mibi 96.
(e) Bobad. in Polit. lib. 2. cap. 21. ex num. 100. & ex m. 137.
(f) Rhodig. lib. 3. cap. 23.
(g) Baron. in Martyrol. pag. Petr. Fab. omnino legentis, 1. semest. cap. 4.
(h) Covarr. 2. var. cap. 9. num. 7.
(i) Cujac. 16. obs. cap. 1. & in notis ad Paul. lib. 5. tit. 17.
(k) Lips. 3. de Cruce, cap. 7.
(l) L. Capitalium, §. famosior, D. de pan.
(m) Alex. & Tirac. 3. Gen. cap. 5.
(n) Petr. Fab. 1. semest. cap. 18.
(o) Rhodig. lib. 10. cap. 5. Lazius de Repub. Rom. lib. 4. cap. 8. Camer. 1. subces. cap. 87. Theat. vitæ hum. verb. Supplicium. Ego in tract. de parricid. lib. 1. cap. 23. pag. 98. & 99.
(p) Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2. ubi de Afric. poster.
(q) Senec. lib. 2. de benef.
(r) Sueton. in Tib. cap. 61.

matunitatem, respondit: *nondum tecum in gratiam redii.* Planè talis potest delicti gravitas esse, ut in ejus punitioe summa sit misericordia, nullam reorum misericordiam habere, & ad novas & exquisitas mortis pœnas procedere, ut Aimoinus (s) refert, Ludovicum Galliarum Regem fecisse, in vindicta Caroli Comitis Flandriæ, Danorum Regis filii, proditoria occasione, dum unum ex proditoribus, nomine Burchardum, alta rota superligatum, corvorum, & alium rapacitati expositum, desuper oculis defossum, & tota facie dilaceratum, inferius sagittis, & lanceis, & jaculis millies perforatum, misserrimè interfici jussit, & interfectum in cloacam projici. Alterum autem, nomine Bertoldum, fureis vivum, & nudum, cum ferocissimo cane suspendi, qui, quoties ex inferiori parte percutiebatur, in reum iram retorquens, totam faciem ejus morsicando devorabat. Aliquando etiam in eam (quod horribile dictu est) stercorebat: sicque miseram vitam, miserior miserrimo, morte perpetua terminavit.

25 Recentiorque est exemplaris vindicta nostro seculo in Gallia de Petro Ravilaco Engolismensi, pro atrocissimo parricidio in Magnum illius Regni Regem Henricum IV. diabolica suggestione patratum, die 14. Maii ann. 1610. dum censente benatu, Parisiis, in plateam supplicio destinatum, ductus fuit, ibique in tabulato, ut Petrus Matthæus (t), Jacobus Gualterus (u), & alii latius enarrant, forcipibus candentibus in mammis, brachiis, femoribus, ac suris inustus. Manus dextera, parricidii cultrum tenens, igne sulphureo combusta: in partes forcipibus inustas, plumbum liquefactum, oleum fervens, resina accensa, ceraque simul cum sulphure liquefacta, injecta. Quibus peractis, corpus ejus à quatuor equis distractum etiam fuit, membra cum corpore igne consumpta, in cineresque redacta, cineres ipsi in ventum dispersi; bona ejus fisco Regio addicta, domus natalitia disturbata. Pater, ac mater in exilium amandati, fratres denique, ac sorores jussi, ne ejusmodi nomine deinceps utantur. Sed in his, ut & in reliquis omnibus, tempori, & causæ servire debemus, & illud Poëtæ (x) sequi,

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines;
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.*

26 Illud quoque ex eadem nostri Emblematis disciplina observare debemus, quod regulariter, quemadmodum pœna, delicti modum excedere non debet; ita neque ad alias personas, ultra ipsum qui deliquit, secundum justitiæ rationem extendi. Quod seriò docuit Callistratus (y) inquit: *Crimen paternum, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest.* Namque unusquisque ex suo admisso sorti subjicitur, neque ex alieno crimine successor constituitur, idque etiam Divi Fratres Hieropolitani rescripserunt. Et idem ipsum ad alias personas porrigentes, declararunt Arcadius, & Honorius Augusti, generali lege (z) sancientes: *Ibi esse panam ubi & noxia est. Propinquos, notos, familiares procul à calumnia submoveri, quos reos sceleris societas non fecerit. Peccataque suos tenere debere auctores, nec ulterius progredi metum, quam reperitur commissum.*

27 Cui similes aliæ (a), quas latissimè Farinacius (b) adducit, neque filium pro patre, neque patrem pro filio, uxorem pro marito, vel maritum pro uxore, ne dum in criminalibus, verum ne in civilibus quidem, teneri permittunt. Quod Cassiodorus (c) etiam iniquum appellans, errorem eorum, qui contrarium sentiunt, vel faciunt, gravibus hisce verbis notavit: *His multo acerbiora jungentes, alienis debitis ad solutionem alios trahi, solanque causam probabilem videri, si aliqua debitori potuit in civitate conjungi. O iniquum persuasionis error! Dividuntur causæ germanis, filius obligationibus paternis, si non sit hæres, excutitur. Uxor maritalibus debitis, nisi per successionis vincula non tenetur: & audacia ad solutionem trahit extraneos, cum absolvant jura conjunctos.* Et iterum (d): *Omne facinus auctores solos insequitur, & novo infelicitatis eventu, fit dedecus proprium, scelus alienum.*

28 Unde & Libanius (e) Niobem inducit, graviter Dianæ, & Apollinis crudelitatem exaggerantem, quòd propter delictum ab ipsa commissum, in ejus liberos tela torsissent. Sic etenim inquit: *O excessum! ó sevitiã! Non erat corpus mihi, quæ loquuta fueram, quæ iniquè egeram? Nonne sic æquo, & justo consultum fuisset, cum supplicium sceleri inferretur? Jam verò ò Dii, & leges, & jura; improba quidem est mater: liberi autem noxia carent. Et superest quidem mater, occubuerunt verò liberi, in quo peccantes? Quid committit? &c.*

29 Et licèt hoc, in criminæ læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ limitari soleat, ubi aliqua jura (f), filios, quamvis paterni sceleris conscii non fuerint, aliquibus pœnis afficere solent, id tamen ad solas pœnas civiles restringitur, putà privationem honorum, bonorum, vel successionis, propter pe-

(s) Aimoin. de gestis Franc. lib. 5. cap. 51. pag. 368.
(t) Petr. Matth. in suis narrat. 4. part.
(u) Gualther. in Chronog. pag. 817.
(x) Horat. lib. 1. serm. satyr. 1.
(y) L. crimen 26. D. de pan. similis, l. 2. §. nullum patris, de decurion. l. 9. tit. 31. part. 7. Gratian. dist. 56. per tot.
(z) L. sancimus, C. de panis.

(a) Tit. ne ux. pro marit. & ne filius pro pat. Novel. 52. Gaguin. in ead. histor. 128. 134.
(b) Farin. quest. 24. num. 15. & seqq.
(c) Cassiod. lib. 4. epist. 10.
(d) Idem lib. 2. epist. 11.
(e) Liban. in Niobe.
(f) Cap. cum secundum leges, de hæret. lib. 6. l. quisquis, §. filius verò, C. ad leg. jul. Maj. cum similit.

peculiares causas & rationes, quas ipsamet jura, & innumeri Auctores, tam Theologi, quam Juridici, & Politici, qui de eorum tractant explicatione, considerant, quas Ego (g) latè in aliis locis congressi. Illam magis probans, & illustrans, quòd ad continendos in officio patres, nihil potuit efficacius excogitari, quàm eos filiorum quoque supplicii comminatione terrere, quòd pro ingenito naturæ amore, magis quàm proprium sentire solent.

30 Quam satis expressit Cicero (h), valdè à Cælio Rhodigino (i), & aliis (k) laudatus, dum ait: *Nec vero me fugit, quàm sit acerbum parentum scelera filiorum penis lui: sed hoc præclare legibus comparatum est, ut charitas liberorum, amiciores parentes Reipub. redderet.* Et Tertullianus (l) non minùs eleganter, de Deo loquens, qui patrum delicta à filiis aliquando exigere solet, & sic inquit: *Duritia populi talia remedia compulerat, ut vel posteritatibus suis respicientes, legi divinæ obedirent, quis enim non magis filiorum salutem, quàm suam curat.*

31 Et adhuc plures, & satis graves Auctores (m) reperio, qui hac, & aliis rationibus non obstantibus, prædicta jura, etiam dum solas civiles pœnas infligunt, aperto ore iniquas, & injustas esse, asserere audent, & per noviore Arcadii, & Honorii constitutionem, quam jam adduxi, correctâ. Eoque audaciâ procedit Pater Gabriel Vazquez (n), post Covarrubiam (o), & alios (p), ut de eisdem sermonem habens, veritus non fuerit dicere, Arcadium, & Honorium Imperatores stultè loquitos esse, dum dicunt, dictis filiis: *Se vitam Imperatoria specialiter lenitate concedere.* Cum nullum in hoc lenitatis specimen exhibere poterint, quoniam de ratione & rigore justitiæ, ut probatum reliquimus, id ipsum facere tenebantur, ne quisquam sine culpa (q), etiam si adsit causa, duris, & corporalibus pœnis justè affligi possit.

32 Quod tamen, ultra alias solutiones, quas latè, & eruditè novissimè D. Antonius Feloaga (r) congressit; ita Ego excusari posse censeo, si animadvertamus Principes illos, non de illa temperantia, & lenitate gloriarì, quòd existimarent, se de jure idem facere non teneri, cum Auctores fuerint alterius constitutionis suprâ relatæ, quæ peccata suos debere tenere Auctores adeò graviter, & generaliter declaravit; sed ob id tantùm, quòd de factò, cum possent, & delicti enormitas quodammodo postulare, in liberos proditorum, mortis etiam supplicium non exercuerint, prout multi alii Imperatores minùs benigni & temperati exercuisse leguntur, quos latè Duarenus (s), Contius (t), Scipio Gentilis, & idem Feloaga (u) recensent. Et Petrus Matthæus (x), qui post narratam dictam cædem parricidalem Henrici IV. & parricidæ horrendum supplicium, addit Parisiensem curiam benè sensisse, flagitiorum quantumvis enormium pœnam, delinquentis personam non egredi, in parentes tamen illius, eo, quo diximus modo deliberasse, & in nominis ejusdem abolitionem, quamvis pro simili crimine pœna usque ad nonam generationem soletur extendi, & apud Suizzos moris hodieque sit, totam proditoris parentelam delere, & exterminare, convenientius judicantes, unam familiam, quàm totam Rempublicam perdere, cujus accolæ, metu hujus supplicii, perpetrandis ejusmodi criminibus absterrentur.

33 Quod & apud Macedones lege sancitum, Curtius (y) ostendit, loquens de Philotæ propinquis, qui hujus legis metu sibi manus adegerant, vel fugam in vastas solitudines, & devios montes cæpserant. Addeque prædictis, non ineptè lenitatis nomen, actioni, quam etiam justitia exostulabat, Imperatores indere potuisse, cum non sit novum æquum pro justo sumere, ut cum Cicerone & Seneca Ego (z) alibi ostendi, & etiam Petrus Rebuffus (a) observat:



EM-

(g) Ego de parricid. lib. 2. cap. 10. pag. 156. & 2. tom. de Ind. gub. lib. 1. cap. 14. ex num. 71. ubi Tiraq. Covarr. Petr. Fab. Petr. Gregor. Simanc. Rodulf. Forner. & alios allego, quibus novissimè M. Marq. D. Anton. Feloagam, & Hier. Altamir. adjicio. L. isti quidem, D. quòd met. caus. §. fin. Instit. de nosal.

(h) Cicero, epist. 12. ad Bruth.
(i) Rhodig. lib. 14. cap. 12.
(k) Tiraq. in l. si unquam, verb. Donatione, num. 333.
(l) Petr. Fab. lib. 3. sem. cap. 8.
(m) Tertul. lib. 2. advers. Mart.

(n) Duarenus in l. 1. D. ad leg. Jul. Maj. Ign. in l. ult. ad Syllan. Corras. in l. qui liberor., n. 62. de ritu nupt. Mercet. lib. 2. opin. cap. 14. Alph. à Castro lib. 9. de just. hæret. pun. cap. 2.


(o) Vazq. in l. 2. quest. 83. cap. 3. in fin.
(p) Covarr. lib. 1. var. cap. 8. num. 1.
(q) Steph. Menoch. in Polit. lib. 2. cap. 12.
(r) Cap. sine culpa, ubi Joann. Andr. Pech. & alii, de reg. jur. in 6. d. l. crimen, cum similib. glos. celebris in sum. 1. quest. 4.

(s) Feloaga in disp. de crim. Majest. ex num. 28.
(t) Duaren. in tit. ad leg. Jul. Majest. cap. 3.
(u) Contius in l. 7. eod. tit. Gentil. de conjurat. pag. 91.
(v) Feloaga ubi supr. ex num. 30.
(w) Petr. Matth. ubi supr.
(x) Q. Curt. lib. 6.

(y) Ego d. 2. tom. lib. 1. cap. 14. num. 75. & 76. Cicer. in Pison. Senec. lib. 2. contro. 5.

(z) Rebuff. in l. 40. §. aque, de verb. signif.

CUNCTANDUM IN PŒNIS.



*Vindex Roma suos vinci cum fasce secures,
Consulant ut laxans, conscia facta reis.
Cui Diadema micat, caveat puniverit ira
Ense minax quemquam præcipitata suo.*

COMMENTARIUS.

Pæclare, ut solet, Seneca (a) docuit, quòd quemadmodum Propè est, ut iniquè puniat, qui nimis: ita propè, ut libenter damnare videatur, qui citò. Quamobrem superiori Emblemati, quo pœnarum excessum Regibus, & Principibus, reliquisque qui gladii jus habent, fugiendum esse suasimus, hoc, quod sequitur, addendum censuimus, ut eosdem moneamus, pari quoque studio, & temperatione in prævio delictorum examine, uti oportere, omnemque animi motum sedare, & iræ concitationem, & præcipationem frænare, antequam ad sumendum de noxiis supplicium accedant.

2 Est enim Præcipitatio neverca justitiæ, ut latè Sebastianus Vantius (b), & Stephanus Natthæus (c) ostendunt, & ira, brevis furor, qui impedit, ne animus verum cernere possit, ut pluribus in superioribus comprobavi (d), utriusque vitii plura etiam damna commemorans. Quæ cum semper in magnum Reipublicæ, & Rectorum ejusdem, incommodum & periculum tendant; tunc præsertim in maximum cedent, ubi de judiciis criminalibus, vitæque & statu hominum agitur: de quorum salute nullam cunctationem longam esse Julius Cæsar (e) dicere solitus erat. Etenim,

Kkk

ut

(a) Senec. de Clement. lib. 1. cap. 14. in fin.

(b) Vant. de nullitate, ob præcipitat.

(c) Natth. in just. vuln. pag. 137. & 944.

(d) Sup. Emblem. 38. & 46.

(e) Jul. Cæs. & post eum Juven. satyr. 6.

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.